persecucionem pati, ut, sicut periurii infamia sunt exleges, ita bonorum suorum omnium fiant exheredes, insuper tam ipsi quam possessiones[b]) eorum regali sentencie puniendi subiaceant. Iustum est enim, ut summa nequicia deprehensi summa vindicta multentur[c]) et regni dominum insequentes regni persecucionem paciantur. Hec sentencia principum nostrorum iudicio super Ekbertum quondam marchionem[d]) dicta est, ut, quod in nos exercere non timuit, in se recipiat, videlicet ut in regno partem non habeat, qui nos integro regno privare laborat[e]). Unde de bonis iusto iudicio sibi ablatis beato Martino speciali Traiectensis ecclesie patrono, cui fidelis noster Conradus episcopus presidet, comitatum[f]) quendam de Stauero in proprium tradendo firmavimus, firmando tradidimus ea racione, ut idem Conradus episcopus eundem comitatum possideat suisque successoribus[g]) possidendum custodiat. Cuius tradicionis testem kartam[h]) presentem scribi iussimus, quam, ut infra videtur, nostra manu corroboratam et sigilli nostri impressione insignitam omnibus seculis reliquimus.

Signum domni[i]) Henrici quarti regis invictissimi.

Gebehardus cancellarius recognovi.

Anno dominice incarnacionis millesimo lxxvii., indictione i., data iii. kal. nov., anno autem domni Henrici[i]) ordinacionis xxiiii., regni xxii.; actum Wormacie[k]); in Christi[l]) nomine feliciter amen.

149.

König Rudolf schenkt der Stiftskirche zu Meissen auf Bitten des Markgrafen Ekbert zu seinem und seines verstorbenen Vaters, des Markgrafen Ekbert, Seelenheil, das Dorf Rokeborthorf im Bezirk der Burg Zadel. **Quedlinburg, 1079 März 25.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 32.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,38. Stumpf 2997. Facsimile in v. Sybel u. Sickel, Kaiserurk. in Abbild. Lief. II Taf. 28.
Anm.: Vergl. Einl. 94 Anm. 65, 99 Anm. 87. S. A. 175 Anm. 65, 184 Anm. 87. In dorso: Preceptum de roteboresdorf *(Saec. XII.).*

:In nomine sanctae et individuae trinitatis. Ruod[ol]fus[a]) divina favente clementia rex. Omnibus: Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse [volu]mus[a]), qualiter nos rogatu et interventu marchionis Ekiberti pro remedio animę ipsius et patris eius pię memorię Ekiberti marchionis sanctę dei ęcclesię Misnensi in honore sancti Donati constructę villam, quę vocatur Rokeborthorf, sitam in pago castri Zalin cum omnibus appenditiis — — in proprium dedimus atque tradidimus et in ęternum possidendum[a]) concessimus — —

:Signum regis (M.) Ruodolfi. (SJ.)[b]).

Actum Quidelingeburg in pasca domini anno dominicę [incarnationis][a]) millesimo septuagesimo nono, indictione prima, .viii. kal. april.[c]), regnante Růdolfo rege, Adelberone cancellario existente vice Sigefridi archicancellarii Magontini archiepiscopi, anno autem tercio ordinationis et regni domni Růdolfi regis; in dei nomine feliciter :amen.:

148. *b)* professiones *A.* *c)* mulctentur *B.* *d) Ueber* quondam marchionem *steht mit verwischter Tinte* in stauero. *e)* laborabat *B.* *f)* $\overset{ta}{\text{comitum}}$. *g)* sussuccessoribus *B.* *h)* cartam *B.* *i)* dn̄i *B.* *k)* Wrmacie *A.* *l)* dei *B.*

149. *a) Das Perg. ist durchlöchert, doch sind die Buchstaben theilweise erkennbar.* *b) Breßlau, Rudolf 1.* *c)* kal aprił.